Regnum servitio militari ad munimenta ad Suectorem vel alios quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque metiones appellationes aeque prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Juris praescriptione terrestri Bello Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sielecki Szumik Consorti suae reformat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Nicolaus Sielecki Szumik Nobilis Teydko Sielecki Szumik Filius sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprios et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac expressum recognovit Quia ipse Nobili Mariscae Nobilis Tymko Danilicz Sielecki filiae sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusque posteris summam Centum florenorum polonicalium ratione dotis et expeditionis posteam acceptae et in domum suam importatae Nec non aliam similem summam supra scriptam Centum florenorum polonicalium ratione veri iusti et liquidi dotalis in et super tota et integra medietate omnium

generaliter bonorum suorum hereditariorum et obligatoriorum mo
bilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum nunc
habitarum et in post habendarum tum auri argenti clenodiorum
Unionum Margarethanum vestium vestimentorum stanni aeris
cupri orichalci pecorum pecudum equorum equiteae ac totius
suppellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae
declit dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit prout
dat dotat dotaliat inscribit et reformat praesentibus per ipsam
Nobilem Mariscam Sieleska sui Recognoscentis consortem
eiusque posteros eandem medietatem bonorum suorum generalium
omnium cum universis ipsius utilitatibus et usufructibus com
petentiaque et prorogativa quavis tenendi habendi et possi
dendi illisque quiete et pacifice utfruendi ac ad suos suorumque
successorum quosvis beneplacitos usufructus libere et effe
ctualiter concertendi vigore ac more aliarum reformationum hac
tenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum hac
sua praesenti personali Recognitione ad praesentia omnia mediante.

5/v 1667

Feria Quinta post
Dominicam Jubilate proxima
Anno Domini Millesimo
sexcentesimo sexagesimo septimo.

Czapski Jankowiczowi scriptum roborat
cum oblata eiusdem.